Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



·1·

Incipit de libro primo retractationum sancti Augustini
id est de quantitate animae. Opus.

Hadem urbe scripsi dialogum. In
quo de anima multa quaerunt ac dis[putan]t. id est unde sit.
qualis sit quanta sit. cur corpori fuerit data. cui ad corpus
adueniens qualis efficiat. qualis cum abscesserit. Sed quam quanta sit diligen
tissime ac subtilissime disputatum est. ut eam si possimus ostendere mus
corporalis quantitatis non esse. et tam magnum aliquid esse. ex hac una in
quisitione totus liber nomen accepit. ut appellaretur de animae quan
titate. In quo libro illud quod dixi. omnes artes animae secum adtulisse
mihi uideri. nec aliud quicquam esse. id quod dicitur discere quam
reminisci et recordari. nisi sic accipiendum est. quasi ex hoc adpetat anima
i hic malio corporis. et alibi siue in corpore siue extra corpus aliquando
uixisse. aut ea quae interrogata respondet. cum hic non didicerit. mala
una ante didicisse. Fieri omnino potest. sicut iam etiam in hoc opere supra
diximus. ut hoc ideo dici possit. quia natura intelligibilis est. et
connectitur non solum intelligibilibus. uerum etiam immutabilibus rebus. Co
ordine facta ut cum se ad eas res mouet quibus conexa est. et ad se ipsam.
in quantum eas uidet. in tantum de his uera respondeat. Haec sane
omnes artes eo modo secum adtulit ac secum habet. Ita de rebus quae ad
sensus corporis pertinent. sicut multae medicinae sicut astrologia omnino
nisi quod hic discere non potest dicere. et a uero quae sola intelligentia
capit. propter id quod dixi. cum uel ab se ipsa et ab alio fuerit bene interro
gata. et recordata respondet. Alio loco uidemur in qua hinc plura
dicere ac me ipsum constringere diu quasi tibi praecipio ut nihil aliud
agerem quam reddere mihi cui maxime me debeo. quo ubi uidetur
dicere potuisse debuisse reddere do cui maxime me debeo. Sed quomodo pus
sibi ipse homo reddendus est ut illic sic gradu facto inde surgat.
atque adtollat ad dominum. Sic filius ille minor pus reuersus est ad semet
ipsum. et sic ait. Surgam et ibo ad patrem meum. ideo sic suum loquutus
Bonum. mox addidit. atque ita fieri amicum mancipium domino. ad quem